

Celsus quidam (44) in *Præfatione versionis* deperditæ hujus Operis Aristoniani.

Illud præclarum (45) atque memorabile gloriosumque, Jasonis Hebræi Christiani, et Papisci Alexandrii Judæi, disceptationis occurrit: Judaici cordis obstinatam duriem Hebræa monitione ac leni increpatione mollitam; victricem in Papisci corde Jasonis de Spiritus sancti infusione doctrinam. Qua Papiscus ad intellectum veritatis admissus, et ad timorem Domini ipso Domino miserante formatus, et in Jesum Christum Filium Dei credidit, et ut signaculum sumeret, deprecatus Jasonem postulavit. Probat hoc scriptura concertationis ipsorum, que collidentium inter se, Papisci adversantis veritati, et Jasonis asserentis et vindicantis dispositionem et plenitudinem Christi, Græci sermonis opere signata est. Exstat hæc Præfatio ad calcem Operum S. Cypriani ad pag. 31, ed. Felli.

Origones: Ἐξῆς δὲ τούτοις ἐπιλεξάμενος (Celsus) ἀπὸ πάντων συγγραμμάτων, τῶν περιεχόντων ἀλληγορίας καὶ διηγήσεις μετὰ οὐκ εὐχατταρουγῆτου λέξεως καὶ φράσεως, τὸ εὐτελέστερον καὶ δυνάμενον μὲν τὶ πρὸς τὸν πολλοὺς καὶ ἀπλουστέρους πίστεως γάριν συμβολέσθαι, οὐ μὴν οἶν τε καὶ συνετωτέρους κινῆσαι, φησίν. «Οἶν θὴ καὶ Παπίσκου τινὸς καὶ Ἰάσονος ἀντιλογίαν ἔγνων, οὐ γέλωτος, ἀλλὰ μᾶλλον ἐλέους καὶ μίσους ἀξίαν. »Εμοιγ' οὖν οὐ ταῦτ' ἐλέγχειν πρόκειται. Εστι γάρ παντὶ που δῆλα, καὶ μάλιστα εἰ τις ὑπομεῖναι καὶ ἀνασχοιτό αὐτῶν ἐπακοῦσαι τῶν συγγραμμάτων. 'Αλλ' ἐκεῖνο μᾶλλον ἐρήλω διδάξαι, etc. «Sub hæc Celsus e scriptis omnibus quæ hujusmodi explications allegoricas continent et eleganter scripta sunt, elegit vilius quoddam quod ut non nihil possit ad vulgi simplicioris fidem promovendam conferre, nihil tamen momenti ad persuadendos intelligentiores habet. Tum ait: «Qualis est illa quam legi Papisci cujusdam et Jasonis contentio, non risu sed miseratione potius digna et odio. Hæc igitur confutare mihi non est propositum. Quippe quorum absurditas omnibus perspicua est præsertim si quis a se impetrare possit, ut libros ipsos audiat. Satius fuerit docere id quod natura docet ipsa,» etc. Origenis autem diluentis hanc Celsi reprehensionem et pro libro respondentis quæ adduntur, hæc sunt: Οὐδὲν δὲ ητον ἐνσυλόμην πάνθ' ὄντων ἀκούστων δειγνολογοῦντος. Κέλσου, καὶ φάσκοντος τὸ ἐπιγεγραμμένον συγγράμμα, Ἰάσονος καὶ Παπίσκου ἀντιλογίαν περὶ Χριστοῦ, οὐ γέλωτος, ἀλλὰ μίσους ἀξίαν εἶναι, λαβεῖν εἰς χεῖρας τὸ συγγραμμάτον, καὶ ὑπομεῖναι καὶ ἀνασχέσθαι. ἀκούσαι τῶν ἐν αὐτῷ, ἣν αὐτόθεν καταγγεῖ τοῦ Κέλσου, μηδὲν εἴρεσκων μίσους ἀξίου ἐν τῷ βιβλίῳ. ἐὰν δὲ ἀδεκάστως τις ἐντυγχάνῃ, εὑρήσει ὅτι οὐδὲ ἐπὶ γέλωτα κινεῖ τὸ βιβλίον. ἐνῷ ἀναγέγραπται Χριστιανός, etc. (alique ita deinceps, ut supra positum est). «Velle ut quicunque ex Celso arroganter declamitante audit Papisci et Jasonis de Christo contentionem non risu sed odio potius dignam esse, libellum hunc in manus sumeret, et quæ in illo scribuntur legere sustineret; is cum nihil in illo scripto inveniret odio dignum, Celsum utique damnaret. Neque etiam illi risum movebit, qui libero iudicio illum evolverit. Ibi enim Christianus, » etc.

ex Origenis Celsique verbis recte fortasse id colligas, librum de quo agitur, nonnulla præstissem, quæ usibus simpliciorum magis quam prudentiorum inservirent, etsi personarum convenientiam pulchre ac strenue conservaret, tum vero illum pro indole saeculi in allegoriis multum fuisse.

(44) *Celsus quidam*. Periit, eheu! laudata hactenus disputatio Græce scripta; nec superstes est Latina versio a Celso elaborata, sed sola ejus præfatio inter Cypriani Opera habetur: «Quis qualisve Celsus ille fuerit non constat, » ait doctissimus D. Caius pag. 34 *Historiæ litterariæ*. Evidem Celsum Iconiensis Ecclesiæ præsulem saec. III. Alexander episcopus Hierosolymitanus et Theoctistus Cæsiensis in Epistola ad Demetrum Alexandrinum, laudarunt apud Eusebium lib. vi *Hist. eccl.*, cap. 19. Sed an is ille fuerit, incertum est; certum autem, quod circa eadem tempora vixerit, siquidem «ex plurimis præfationis locis liquet, cum vigentibus adhuc persecutionum temporibus, et ante susceptam ab imperatoribus fidem Christianam scrisisse, » quæ D. Caii loco citato sunt verba. Quibus addo «Christum» a Celso «Spiritum sanctum» dictum, phrasi primis quidem saeculis usurpata, sed post tertium, et exortam Arii heresin, vix audita. GRABIUS. — Non oportuisse in homine Græco interpretem Latinum quæri, bene notat Gallandius in Proleg. tom. IV *Bibliothecæ PP.*, p. xix. Is enim Celsi Præfationem in *Bibliotheca* sua repetendam curavit; Vigiliumque episcopum, ad quem Celsus scripsit opus, Vigilium Thapsitanum episcopum fuisse conjectit, qui vergente ad finem saeculo quinto, saevientibusque in orthodoxos Arianos. vixit. Quod si verum est, istam præfationem recentiori ipsius ætas intra instituti operis meiliuniles concludi haud patitur; ad hæc, facile obvium est opusculum in S. Cypriani editionibus plerisque positum.

(45) *Illud præclarum*, etc. Locum ait Pamelius, Cypriani editor, mutilem videri. Amplius delibendum puto; quoniam auctor fortasse voluit subaudiri a nobis verbum fuisse cum ultraque voce mollitam et victricem.

S. CLAUDIUS APOLLINARIS

EPISCOPUS HIERAPOLITANUS ET APOLOGISTA.

NOTITIA.

(LUMPER, *Historia critica Patrum*, III, 26, Aug. Vind. 1784, in-8°.)

ARTICULUS I.

Ejus vita historia.

Inter maximos, quos Ecclesia catholica sub Marco

Aurelio habuit rectores ac antistites, viros, non ultimo sane loco collocandus venit S. Claudius Apollinaris Hierapolitanæ Ecclesiæ episcopus. Est au-

tem Hierapolis civitas in Phrygia Asiae Minoris A provincia sita. A Serapione (1) Antiocheno episcopo, qui proxime ejus aetatem vita sua attigerat, beatissimi Patris nomine honorari meruit. Subsequiis Ecclesie saculis episcopus beatae memorie, vir omni encomiorum genere dignissimus habebatur, atque veluti cæterorum prælatorum insigne ornamenatum ac exemplar, et adversus Cataphrygarum hæresim fortissimum æque ac invictum velut Ecclesiæ fulcimentum (2) celebrabatur.

Bollandus (3) Hierapolim illius fuisse patriam censem. Judice Theodoreto (4), « præter divinarum rerum cognitionem, externa quoque disciplina (id est profanis ac humanioribus scientiis) fuit ex cultus. » Vitæ ejus particulares circumstantias penitus ignoramus. Verum encomia, quibus a viris doctissimis atque sanctissimis commendabatur, judicandi nobis copiam faciunt, Apollinarem nostrum vitam moresque suos adamussim juxta præcellentem episcopalis dignitatis gradum instituisse atque conformasse, neque eum minus in charitate, quam in scientiis excelluisse. Floruit autem juxta Eusebium (5), Hieronymum (6) atque Photium, M. Aurelio Antonino imperante. Neque hunc supervixit principem. Forte in episcopatu Hierapolitano S. Abercio vel Papiæ successit (7).

(1) Euseb. *H. E.* c. 19, lib. v.

(2) Euseb. *H. E.* l. v, cap. 16, et *adversus Cataphrygarum hæresim*. . . Deus Apollinarem Hierapolitanum tanquam validum atque invictum telum excitavit.

(3) Ad diem 7 Februarii.

(4) *Hæretic. fabul.* lib. iii, cap. 2 Opp. tom. IV, pag. 227.

(5) Euseb. *H. E.* l. iv, cap. 26 et 27.

(6) In *Catalogo vir. illustr.*, cap. 26.

(7) Tillemont, tomo II des *Mémoires* pag. 207.

(8) *Dissertas. Cyprian.* 2. § 39, pag. 264 et *Dissertat.* 4 Iren., §§ 34 et 39, p. 359 et 372. D. Hieronymus in *Catalogo virorum illustrium Apologiam* hanc vocat volumen insigne, quod pro fide Christianorum dedit Apollinaris, cap. 26. Tillemont, *Mémoires de l'Hist.*, t. II, pag. 207, atque Remigio Ceillierio. *Hist. gnaë.* t. II, p. 83, hæc *Apologia* primum anno æræ vulgaris J. Ch. 175 vel 176 ab Apollinari Hierapolitano exarata videtur hisce ex fundementis: primo quidem, quia Eusebius Cesariensis, facta mentione *Apologeticæ* D. Melitonis, statim capite 27 sub sequente orationem apologeticam Apollinaris subjicit. Jam vero Melitonis *Apologiam*, ut supra vidimos, ad annum J. Ch. 173 referunt. Secundo aiunt eam *Apologiam* scriptam fuisse post victoriam illam miraculosam M. Aurelii de Marcomannis et Guadis reportatam, siquidem S. Apollinaris hujus victoriae in suo *Apologeticæ* mentionem facit, atque hoc ex fonte Eusebius hau sit, quidque de legione Melitina, fulminea seu fulminatrice post hac dicta, disserit. En ipsius Eusebii verba, *H. E.* l. v, cap. 5: « Cum adversus Germanos et Sarmatas pugnaturus aciem instrueret, et exercitus ipsius siti premiceretur, pene ad inopiam consilii redactum esse, memorant. Tum vero milites legionis Melitinae, quæ fidei merito etiam nunc manet, dum acies adversus hostes ordinatur, flexis in terram genibus, ut nostris orantibus mos est, preces ad Deum fudisse perhibentur. Cujus spectaculi novitate hostibus stupefactis, aliud quiddam longe majori dignum admiratione accidisse nar-

ARTICULUS II.

Claudii Apollinaris scripta.

Ex iis vero, quæ litteris tradidit illustris iste Ecclesiæ scriptor, ejusmodi sunt veteribus laudata. 1. *Oratio pro fidei defensione* ad Marcum Antoninum Verum, anno circiter ejus imperio 10, Christi autem pro æra vulgari 170, oblatæ, ut arguit Dodwellus (8). 2. *Adversus gentes* libri quinque. 3. *De veritate* libri duo. 4. Duo item *adversus Judæos*. 5. Et alii, quos postmodum exaravit adversus Cataphrygas, tunc primum exortos; de quibus postremis libris eodem secundo labente saeculo Serapion Antiochenus episcopus ad Caricum et Ponticum scribens, apud Eusebium hæc habet: « Beatissimi Claudii Apollinaris, qui Hieropolitanæ urbis in Asia episcopus fuit, scripta sive libros ad vos misi. » Verum hæc aliaque Hierapolitani hujus episcopi modo memorata hodie desiderantur, eorumque tantum inscriptiones ad nos pervenerunt.

Præter hactenus memorata opera, quæ penitus intercederunt, librum quoque *De Paschate* scripsisse comperitur Apollinaris, cuius fragmenta duo apud auctorem *Chronici Paschalis* vulgo *Alexandrinus* subsunt. De horum autem fragmentorum auctoritate nonnulli recentiores dubitasse noscuntur; quos inter eminet Tillemontius (9), eo nimirum nomine,

rant: hinc quidem fulminum jactus, quibus hostium copiæ in fugam versæ atque extinctæ sunt; illinc vero imbrum viæ, quibus exercitus eorum, qui Deum precati fuerant, jamjam siti perituras, præter spem recreatus est. Atque ea res tum a scriptoribus a fide nostra penitus alienis, quibus curæ fuit res eo tempore gestas memoriæ mandare, tum a nostris etiam hominibus refertur. Sed gentilium scriptores, utpote a religione nostra dissidentes, hoc quidem miraculum commemorarunt; non tamen id nostrorum precibus factum esse confessiunt. Nostri vero utpote veritatis cultores simpliciter atque ingenuæ rem ipsam litteris tradidérunt. Ex his est Apollinaris, qui legionem illam, cuius precibus id miraculum perpetratum est, exinde congruo rei vocabulo Fulmineam ab imperatore cognominatam esse scribit. » Ita Eusebius. In quem locum v. cl. Valesius observat, jam dudum monuisse Scaligerum in animadversionibus Eusebianis, Legionem fulminatricem ab hoc miraculo cognominatam non fuisse, quippe quæ diu ante tempora M. Aurelii Antonini ita vocata fuerit. Docet id manifeste Dio Cassius in libro LV, ubi legiones omnes enumerat. Vetus quoque inscriptio a Scaligero prolata id ipsum confirmat. Quamobrem de ipso quidem miraculo pluviae a Christianis militibus imperatu, et Apollinari et Tertulliano et Eusebio testantibus, facile credimus, Legionem vero Melitinanam ob id fulminatricem dictam esse a M. Antonino imperatore nondum mihi persuasit Apollinaris, nam judice summo critico Patre Pagio ad annum J. Ch. 174, non dubitamus, quin multa latasa veris admista fuerint. Consule etiam Witsii diatriben de Legione fulminatrice Christianorum sub imperatore M. Aurelio Antonino, Amstelodami 1683 impressam. Donique observa cum Tillemontio ad *Apologiam* Apollinaris: ex eo, quod antiquitas nobis nihil de hac oratione apologetica reliquerit, judicatu difficile est, quænam in specie objecta illa attigerit. Tillemontius, loc. cit.

(9) *Lettre au R. P. Lamy*, § 72, à la fin du tom. II des *Mém. eccl.*

quod Claudi Apollinaris opera recensens Eusebius, **A** illud *De Paschate* tacitus præterierit, neque uspiam apud scriptorum ecelesiasticorum nomenclatores ejus mentio recessat. Esto : de illo quidem opere sicut Eusebius, eoque silente nihil sane mirum, si Hieronymus quoque, Gennadius, Honorius, aliquis de ipso reticeant, qui ad vetustiorum saltem temporum scriptores quod attinet, unum Eusebium sequi consueverunt. Verum quid tum postea ? Num ideo episcopus ille Hieropolitanus opus *De Paschate* haud scripsisse dicendus ? minime omnium. Accipe isthac Eusebii vorba (10) : « Apollinaris licet penes multos multa existent opera, hæc tamen sola ad nos pervenerunt. » Audin ? « multa » scripsit Apollinaris, ex quibus quinque « sola » novit Eusebius, quæ illic enumerat, quique proinde illa non vidit, quæ contra Severianos *Encratitas* ipsum scripsisse tradit Theodoretus (11), neque librum Περὶ εὐσέβειας, *De pietate*, quem legit Photius (12). Quidni porro opus quoque de Paschate scripsit, ut auctor est Chronicus Paschalis scriptor anonymous ? Melitonem enimvero Sardiensem episcopum, qui floruit iisdem temporibus, quibus Apollinaris, de eodem argumento, licet non eadem sententia, libros duos prescripsisse, testem habemus ipsummet Eusebium (13). Nam Polycrates Ephesinus episcopus in epistola ad Victorem (14), Sardiensem illum episcopum inter eos recenset, qui diem Paschæ quartam decimam luna, juxta Evangelium, observarunt ; cum contra omnino sensisse Appolinarem, ex allatis fragmentis constet. Sic enim in iis legitur (15) : « Quidam igitur sunt, qui ex ignorantia de hisc excitant contentiones, rem venia dignam passi (neque enim accusationem admittit ignorantia, sed eget doctrina), aiuntque tunc agnum cum discipulis manducasse Dominum ; magna vero azymorum die passum esse : atque ita dicere Matthæum, ut illum intelligunt. Unde legi contraria est eorum interpretatione, iisque adversari videntur Evangelia. » Et in altero : « Decima quarta veri Paschatis Domini, sacrificium magnum, pro agno Dei Filius ; qui vincens fortem vinxit ; et qui judicatus, judex est vivorum et mortuorum ; et qui traditus est in manus peccatorum, ut crucifigeretur ; qui super cornua unicornis est exaltatus ; et qui in saero latere percussus est ; qui ex latere suo duo iterum fudit purgatoria, aquam et sanguinem, verbum et spiritum ; et qui Paschatis die sepultus est, lapide monumento imposito. » Apposite ad hæc duo loca loquitur V. C. Bernardus Lamy (16) ; « Quartadocimani suppo-

(10) Euseb. *H. E.* I. iv, c. 27.

(11) *Hæretic. fabul.* I. ii, cap. 21, Opp. tom. IV, pag. 208.

(21) *Bibl. codice* 14.

(13) *Hist. eccl.* lib. iv, cap. 26.

(14) Polycrates apud Euseb., *ibidem* lib. v, cap. 24.

(15) Apud auctorem *Chronici Paschalis*, præfat. pag. 6 et in Gallandii *Bibl. PP.* t I, pag. 680.

(16) *Dissertat. de Paschate Jud.* § 41, in *Harmonia Evang.*, pag. 437.

Anentes Pascha Judaicum a Jesu Christo factum quarta decima die, quæ occurreret in pervigilio mortis ejus, contendebant quacunque feria, in quam incideret eadem decima quarta dies, Domini exemplo Pascha Christianorum potius esse celebrandum, quam in die Dominica. Verum sancti doctores (quos inter S. Apollinaris noster) arguebant eos, nisi falso supposito seu fundamento ; quoniam Jesus co anno, quo passus est, non fecisset Pascha, sed fuisse. » Hæc vir doctus. In eadem porro sententia cum nostro episcopo Hieropolitano plerique Patres deinceps fuerunt, Clemens Alexandrinus, Hippolytus Portuensis, Petrus Alexandrinus, aliique, quos apud eundem Lamyum (17) vides.

Tillemontius quidem omnem lapidem movet (18) quo suspectam reddat *Chronici Paschalis* præfationem ubi Appollinaris, aliorumque veterum Patrum fragmenta de Paschate occurruunt : eorum tamen integritatem palam oppugnare non audet, ut probe advertit laudatus Lamius Tillemontii argumenta refundens (19). Neque aliter sane Cangius : cuius notam margini additam, » falsa sunt ista (20) » de auctorum quidem sententia, non vero de ipsorum textu accipiendam nemo non videt. Ita quoque jam pridem censuerat doctissimus Petavius (21) qui eadem fragmenta Græce recitans, de iis in præfatione ad lectorem hæc habet : « Accessit anonymi cuiusdam diatriba *De Paschate* novissimo Christi.... Duplex fragmenti esse istius argumentum videtur. Primum enim Christum demonstrat ultima in cœna legale Pascha non celebrasse ; quod pridie ejus diei, quo a Judæis peractum est, mysticum suum ac Novi Testamenti proprium Pascha Christus obierit. Cujus opinionis veteres nonnullos citat, sed ea videlicet, quod illorum pace dixerim, falsa, et Evangeliorum auctoritati contraria est. » Hactenus ille. Denique Tourneminius vir eruditissimus in epistola Bernardo Lamyo inscripta non solum fragmentorem illorum sinceritatem, sed etiam sententiæ veritatem agnoscit (22). Quorum ergo viorum doctorum auctoritate permotus V. C. Gallandius (23) duo illa fragmenta *De Paschate*, quæ in *Chronico Paschali* Apollinari Hieropolitano ascribuntur, eidem S. Patri confidenter quoque asservit.

Verum pace tantorum viorum dixerim, res haud adeo certa est, num S. Apollinaris Hieropolitanus cuiusdam operis de Paschate auctor sit : siquidem tota assertio soli innititur *Chronico Alexandrino* : quis autem ignorat, in quam varias et dissimillimas

(17) Lamy, *Traité de l'ancienne Pâque*, II part., cap. 9, p. 349, 373.

(18) Tillem. I. c. *Mém. eccl.* t. II, pag. 736.

(19) Lamy, *Response à la lettre ds M. de Tillemont*, pag. 121, dans la suite du *Traité de la Pâque*.

(20) *Chron. Pasch.* pag. 5.

(21) *Uranologia*, pag. 213 et seq.

(22) Tournemine, apud Lamy, suite du *Traité de la Pâque*, pag. 79.

(23) *Bibl. PP.*, tom. I in prolegom., pag. 122.

opiniones abierint auctores de *Chronici* hujus merito atque existimatione. Scaliger hujus appellat « scriptorem idiotam ; » atque alibi ; « multa, inquit (24), in ea farragine esse, quæ ridere, an mirari debeat, se nescire... multa esse inepta. » Tillemontio est opus auctoritate carens, ridendis rebus, erroribusque pinguibus refertum (25). Nihil magis gerit ipsi morem Bailletus. *Chronicon*, inquit (26), *Paschale* pura putaque rhapsodia chronologia multorum scriptorum est, non unius ingenii et facultatis. Alii nihilominus, ut fatear quod res est, tanto in contemptu non habent. « *Chronicon* illud, ait Petavius (27), quod ex variis auctoribus centonis instar concinnatum, egregium, nec sat laudatum. » — « Fatendum, inquit Ducasius (28), longe esse plura, quæ sua laude digna haberi debent. » — « Auctor iste certe non est contemnendus, judicat Cave (29), qui non modo continuani consulum seriem exhibit, sed et plures melioris purpuræ pannos operi suo intexuit, vencrandæ antiquitatis monumenta, quæ frusta alibi reperiantur. » Ceterum *Chronicon* illud *Paschale* vulgo Alexandrinum ab anonymo primum saeculo sexto aut septimo confectum fuit.

Socrates (30) et post eum Nicephorus allegant Apollinarem, atque Serapionem Antiochenum episcopum, ad demonstrandum, quod Verbum corpus anima praeditum assumpserit. Dicitur etiam quod contra Encratitas scripscerit, atque suis in scriptis exposuerit, ex qua philosophorum secta quælibet haeresis suos errores hauserit. Verum Theodorens (31) et D. Hieronymus (32) qui mentionem de hisce scriptis instituerunt, nequaquam asserunt S. Apollinarem has materias in specialibus a se elucubratis operibus pertractasse. Superius jam observavimus ex Eusebio S. Apollinarem *contra Montanistas* seu *Cataphrygas* duos libros conscripsisse, quorum tunc haeresis ex incunabulis propebat. Verum, adnotante V. C. Remigio Ceillierio nostro (33), multum verosimilius sanctum nostrum non tam libros, quam litteras adversus praefatam haeresim exarasse. Siquidem ii, qui ad refutandos Montanistas hujus sancti viri scripta adhibuerunt, non singulare aliquod opus D. Apollinaris, sed litteras illius duntaxat allegarunt. Comprobatur id vir celebratissimus ex ipso Eusebio referente (34)

(24) *De emendat. temp.*, pag. 220 et 223.

(25) Tillemont: *Epistola ad Lamyum*, pag. 52, item tom. II des *Mémoires ecclés.*

(26) Bail. *Fab. critic.* 15 Julii. Idem 15 Julii, in *Vita 72 discip.*

(27) In *Notis ad Nicephorum ep.*

(28) Du Cange in *Præfat. ad Chron. Pasch.* pag. 4.

(29) Cave, *Historia litteraria*, pag. 381.

(30) Apollinaris Hieropolitanus et Serapion Antiochenæ urbis episcopus, Christum, qui homo factus est, anima praeditum fuisse, velut rem communis omnium consensu receptam suis in librisasseruerunt. Socrates lib. III, cap. 7; Nicrphor. lib. x, cap. 14.

(31) *Hæretic. fabul.* lib. I, cap. 21.

A quod Serapion Antiochenus episcopus, quando testatur, Apollinarem nostrum adversus Montanistas scripsisse, in quadam epistola contra eam haeresim exarata hisce utatur verbis ? « Ut sciatis, inquit, qualiter universa, quæ in terris est fraternitas, operationem illam simulatæ factionis, quæ nova prophetia dicitur, aversata atque abominata est, beatissimi patris Claudii Apollinaris, qui Hieropolitanæ urbis in Asia episcopus fuit, litteras ad vos misi. »

Nonnulli viri doctissimi præter has litteras Claudio Apollinari ascribenda existimant fragmenta illa *contr. Montanistas*, quæ recitat Eusebius ex auctoris anonymi libris Avircio Marcelllo nuncupatis (35). Ita quidem Baronius (36) Rusini (37), ut videtur,

B et Nicephori (38) auctoritate ductus; quorum sententia scriptori quoque libelli *Synodici* apud Labbeum arrisisse perlibetur (39). Neque aliter sane Baluzius (40), qui ex Eusebii potissimum testimonio libros illos Claudio Apollinari asserendos contra Valesium contendit. Sed frustra, meo quidem judicio, inquit V. C. Gallandius (41); neque enim Eusebius id uspiam memorie commendavit. Testatur quidem semel iterumque episcopus Cæsariensis, adversus Cataphrygarum haeresim stylum strinxisse Apollinarem; « sed alios cum eo quam plures doctrina et eloquentia præstantes viros, tanquam validum atque invictum telum, tunc excitasse propugnatorem veritatis Deum tradit (42). » Cujusmodi sane fuere Miltiades, Rhodon, et Apollonius, de quibus agit deinceps idem historicus, quibus enarratis ita pergit: « Unus igitur ex illis in ipso principio operis, quod adversus Cataphrygas compausit, prius cum illis nuda voce dimicasse asserit, eorumque errores coarguisse. Sic enim sermonem suum orditur: Cum jam dudum id mihi munera injunxeris, Avirci Marcellle charissime, etc. Quis porro ex his Eusebii verbis rite colligat, libros Avircio Marcelllo nuncupatos ab Apollinari fuisse conscriptos, cum Cæsariensis episcopus « quam pluribus » recensitis, qui adversus Cataphrygas scripsere, « unum ex illis » tacito ejus nomine eorum librorum auctorem fuisse testetur ? His autem vel illud maxime accedit, ut recte Valesius, Apolloniam Eusebius teste (43) tunc temporis Montanistarum haeresim scriptis exagitasse, cum primum

C (32) Quid de Melitone... quid de Apollinario... qui origines haereseon singularum... explicarunt. Hieron. *Ep ad Magnum*, 83.

(33) *Histoire génér. des auteurs*, tom. II, pag. 83.

(34) Euseb. *H. E.* I. v. c. 19.

(35) Id., *ibid.*, c. 16 et seq.

(36) Ad annum 137, § 9 et seq.

(37) *Interpret.* Euseb. lib. v, c. 15.

(38) *H. E.* I. IV, c. 23.

(39) *Concil.* tom. I, apud Mansi, columna 691.

(40) Apud Mansi loco citato.

(41) *Bibl. PP.* t. I, in *prolegom.*, pag. 121.

(42) Euseb. *H. E.* I. v. c. 16.

D (43) Et alii, quos postmodum scripsit contra Cataphrygum haeresim, quæ quidem non longe postea maximostumultus excitavit; tunc temporis vero

enasci coepit; nimirum circa Christi annum 171, quo igitur tempore scribebat Apollinaris, Montanus cum falsis vaticibus suis hæreseos suæ fundamenta jaciebat; quæ quidçm non longe postea maximos tumultus excitavit. Verum, auctor innomiuatus Eusebianus, de quo agimus, post Montani demum, Maximillæ ac Theodoti mortem, id est non ante annum 212, libros suoexaravit, ut ex eorum fragmentis ab Eusebio servatis compertum sit. Quapropter insuper habenda cum Dodwello (44) Roffini auctoritas licentissimi nimirum interpretis; neque magis ducenda sequioris ævi scriptorum assertio, Nicæphori, Callisti, libellique Synodici auctoris, quorum hic sæculo ix. ille vero xiv, floruisse perhibetur; hi siquidem Eusebii mentem haud assecuti, ejus narrationem pro arbitrio interpolasse noscuntur. Huic demum sententia de fragmentis ab Eusebio recitatis, Claudio Apollinari ascribendis nuper quam proxime accessit Cl. Lequienius (45). Ex quadam enim Vita S. Aberci Hierapolis in Phrygia episcopi, quam ex Metaphraste Latine primum vulgarunt Lipomanus (46) et Surius (47), Græce vero Halloixius (48), conjicit vir eruditus hunc ipsum esse Aberciūm, cui Apollinaris Hieropolitanus opus contra Cataphrygas nuncupavit; ut proinde Apollinaris Ecclesiæ Hieropolitanæ presbyter duntaxat

A tunc fuerit, qui episcopo suo præcipiente sectarios illos confutavit. Hactenus ille. Verum ut ea præteremus, quæ modo edisseruimus, quam fluxa sit istiusmodi Vitæ S. Aberci fides, cui uni Lequienii conjectura innititur, pluribus post Baronium (49) ostendit Tillemontius (50).

Auctor libelli *Synodici* narrat sanctam synodum Hierapoli Asiae civitate celebratam ab Apollinario urbis illius episcopo, aliisque viginti sex episcopis ejusdem provinciæ abdicasse et extirpasse Montanum et Maximillam pseudoprophetas, simulque cum illis damnavisse Theodotum Coriarium (51). Opportune hic advertit vir doctissimus D. Antine, hoc concilium ab eruditis passim ut indubium recipi (52).

B Commendat Photius Apollinarem nostrum a præstantia ingenii atque styli elegantia (53). Ad superos abiisse ante annum 180, verosimillimum putat Tillemontius (54), eo quod ejus contra enatam auno 171 Montanistarum hæresim scripta sint ultimum ipsius opus. Diversa Martyrologia Latina septima Februarii illius commemorationem faciunt. Baronius vero in Martyrologie Romano octava Januarii natalem ejus consignat (55). In Græcis e contra Mæneis omnino nulla mentio de S. Apollinari teste Bollando occurrit.

S. CLAUDII APOLLINARIS

FRAGMENTA.

(ROUTH, *Reliquiæ sacræ*, Oxonii, 1814, I, 149.)

Ex libro incerto.

Atque ea res tum a scriptoribus a fide nostra penitus alienis, quibus curæ fuit res eo tempore geslas memoriam mandare, tum a nostris etiam hominibus refertur. Sed gentilium scriptores utpote a religione nostra dissidentes, hoc quidem miraculum commemorarunt: non tamen id nostrorum precibus factum esse confessi sunt. Nostri vero utpote veritatis

primum enasci cœperat, Montano cum falsis vaticibus suis adhuc erroris sui fundamenta jaciente. Euseb. *H. E.* 1. iv, c. 27.

(44) *Dissertat.* 4. Iren., § 38, pag. 369, et *Dissertat.* 4 Cyprian., § 4, pag. 40.

(45) *Oriens Christianus*, tom. I, col. 833.

(46) *Vitæ SS.*, t. VI.

(47) *Vita sanctorum* ad diem 22 Octobris.

(48) *Illustr. Eccles. Orient. script.*, tom. II, pag. 120.

(49) Baron ad annum 163, § 45.

(50) Tillem. *Mémoires eccl.* tom. II, pag. 299, 621.

(51) In *Collect. concil.* apud Mansi, tom. II, column. 692.

(52) *L'art de vérifier les dates*, pag. 171.

(53) Vir sane præstans, et stylo præstanti usus. Phot. codice 14.

C Ήδε ἱστορία (inquit Eusebius lib. v *Hist.* cap. 5) φέρεται μεν (historia est, de illo imbre ad sedandam militum sitim M. Antonini imp. exercitui misso, dum fulminum jactu vexabantur hostes) καὶ πάρι τοῖς πόρρω τοῦ καθ' ἡμᾶς λέγου συγγραφεύσιν, οἷς μέλον γέγονε τῆς κατὰ τοὺς δηλουμένους (56) γραφῆς· δεδύλωται δὲ καὶ πρὸς τῶν ἡμετέρων (57).

D (54) *Mémoires de l'histoire*, tom. II, pag. 208

(55) Vide Bollandistas ad diem 7 Februarii, pag. 1 et seq.

(56) Κατὰ τοὺς δηλουμένους. Imperatores Pium Auceliumque. Res autem contigit, ut in notis ad Euseb. Valesius ostendit, M. Aurelio Antonino solo regnante, vitam jam functo patre Pio, imo post mortem Veri fratris. Ceterum verba Apollinaris, quæ sequuntur, ex *Apologia* ejus ad eundem Marcum, cuius scripti mentionem fecerat Eusebius cap. 26 et 27, ejusd. lib. IV, fortasse desumpta sunt.

(57) Δεδύλωται δὲ καὶ πρὸς τῶν ἡμετέρων. Ad hoc miraculum alludit Cyprianus, cum ait in *Tractatu ad Demetriadem*: «Christianos pro arcendis hostibus et imbribus impetrandi rogare et preces fundere.» P. 193, ed. Oxon. W. Lowth in Eusebii ed. Reading. Adde Cypriani magistrum Tertullianum, qui

cultores, simpliciter atque ingenus rem ipsam litteris tradiderunt. Ex his est Apollinaris, qui legiōnem ipsam cuius precibus id miraculum perpetratum est, exinde congruo rei vocabulo fulmineam ab imperatore cognominatam esse scribit.

Τούτων δ' ἀν εἴη καὶ Ἀπολλινάριος ἐξ ἑκτίνου, φήσας οἰκεῖαν τῷ γεγονότι πρὸς τοῦ βασιλέως εἰληφέναι προσηγορίαν, κεραυνοβόλον (39) τῇ Ἄρματιν ἐπιχληθεῖσαν φωνῇ.

non tantum rem tetigit in *Apologet.* cap. 5, et ad *Scapulam*, c. 4, sed etiam fusiū in posteriore parte libelli *De oratione*, quam quidem ex codice Ambrosiano sumptam novissimo vertente saeculo primus edidit cl. Muratorius, Vid. cap. 29 ed. Halensis Tertulliani.

(38) Τέθειται μὲν τὸ παράδοξον. Gentiles scriptores qui ejus rei meminerunt, alii quidem, magorum incantationibus pluviam impetratam esse dixerunt; alii vero precibus imp. Marci. Ita Capitolinus in Marco, et Claudianus in 6 consulatu Honorii. Quinetiam precalonis ipsius verba referunt, quibus usus est Marcus: « Hanc, inquit, dextram ad te. Jupiter, tendo, qua nullius unquam sanguinem fudit » Themistius in orat. nondum (an. 4659) edita ad imperatorem Theodosium, quae inscribitur. Τίς ἡ βασιλικωτάτη, τῶν ἀρετῶν. Ἀντωνίῳ τῷ Παρμανίῳ αὐτοκράτορι, ω τοῦτο αὐτὸ ἐπώνυμον ὁ Εὔσεβος ἡν, τοῦ στρατεύματος ὑπὸ διψους αὐτῷ πιεζομένου, ἀνατυχὼν τῷ γειρᾳ ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν οὐρανὸν. « Ταῦτη, ἔστι, τῇ γειρᾳ προστρέψαμην σε καὶ ἵκετευτα τὸν ζωὴς δυτῆρα, ἢ ζωὴν οὐκ ἀπειλήσῃς » καὶ οὕτῳ κατέδησε τὸν Θεόν, τῇ εὐχῇ. Ωστε ἐξ αἱρέσεως τοῦ θεοφόρου τοῖς στρατιώταις. Addit Themistius vidisse se pictam in tabula hujus rei imaginem: imperatorem quidem in acie deos precantere; milites vero galeis imbrex excipientes et aquam ecclitis missam hibentes. VALESIUS. — Fulmen de celo precibus suis contra hostium machinamentum extorsit, suis pluvia impetrata cum siti laborarent. Jul. Capitulinus in *Marcus Antoninus philosopho*, pag. 32, ed. Paris. Exstat (inquit Ant. Pagius) nummus argenteus in gaza regia inscriptus, M. ANTONIUS AUG. TR. P. xxxiii. Visitur caput Antonini laureatum. In postica RELIG. AUG. IMP. VI. Coss. III, id est, « Religio Augusti.... » Cernitur Mercurius stans: qui dextra pateram, et sinistra caduceum tenet. Tribunitiam pot. xxviii currenti anno M. Aurelius iniit. Quare cum Xiphilinus scribat dicere Dionem, Marcum hanc pluviam Mercurio, cuius cultus studiosus erat, attribuisse, is numerus Dionis fidei testis, ut ab Andrea Morellio, viro clarissimo, me audivisse memini. Ant. Pag. ad ann. Christi 174. BEADING. — Cum unam iconem incisam aere cardinalis Baronius in *Annalibus* ad ann. 176, Casaliusque, *De urbe*, etc., exhibeat, in qua haec sitis columnā Antonini insculpta partim ostenditur; aliamque præterea effigiem Havercampus in ed. sua *Apologeticī* Tertulliani ad cap. 5, pag. 62, ejusdem monumenti posuerit; ab iis viris doctis, ut Bellorii descriptionem laceam, nobilis illius columnæ atque hujuscē simul historiæ diversæ partes depictæ sunt.

(39) Κεραυνοβόλοι. Jamdudum monuit Scaliger in animadversionibus Eusebianis, legionem fulminatricem ab hoc miraculo cognominatam non fuisse, quippe quæ diu ante tempora M. Antonini ita vocata fuerit. Docet id manifeste Rio Cassius in libro LV, ubi legiones omnes enumerat. Vetus quoque inscriptione a Scaligerō prolata, id ipsum confirmat. Quamobrem de ipso quidem miraculo pluviae a Christianis militibus impetrata, et Apollinari et Tertulliano testantibus facile credimus (Eusebius

B) Ἀλλὰ τοῖς μὲν ἔξωθεν ἴστορικοῖς ἄτε τῆς πίστεως ἀνοικοδοτοῖς, τέθειται μὲν τὸ παράδοξον (38); οὐ μὴ καὶ ταῖς τῶν ἡμετέρων εὐχαῖς τοῦτο ὥμαλονγένη τε γονέναι. Τοῖς δέ γε ἡμετέροις ἄτε ἀληθεῖας φύλοις, ἀπλῶ καὶ ἀνακοίνωσι τρόπῳ τὸ πρᾶγμα παραδέδοται. τίνι δὲ εὐγῆς τὸ παράδοξον πεποιηκυῖν λεγεῖνα, προσηγορίαν, κεραυνοβόλον (39) τῇ Ἄρματιν ἐπιχληθεῖσαν φωνῇ.

hoc capite postquam Apollinarem testem rei citavit, Tertullianum quoque adducit in *Apologeticō* ejus eidem miraculo testimonium adhibentem; legiōnem vero Melitinam ob id fulminatricem esse dictam a M. Antonino imp. nondum mihi persuasit Apollinaris. Dicet forte aliquis, fulminatricem qui-

B) dem legiōnem fuisse ante tempora M. Antonini, sed Marcum ob acceptum a Melitina legione beneficium, ei quoque fulminatricis cognomen indidisse. Verum si ita esset, secunda fulminatrix dici debuerat. Dio tamen nullam ejus mentionem facit, quamvis omnes legiones a superioribus principibus conscriptas accurate recenscat. Sed et fulminatricem illam in Cappadocia sedes habuisse dicit, quod Melitinae legioni apte convenit. In *Notitia imperii Romani*, sub dispositione ducis Armenie recensetur præfectura legiōnis 12 fulminea: Melitinae, id est apud oppidum Melitina constitutæ. Ex quo colligitur Melitinam nomen legiōnis non fuisse, sed oppidi, in quo legio 12, fulminea consistebat. Legiones vero a locis in quibus præsidium agebant, denominare moris non fuit, sed a regionibus in quibus erant conscriptæ. Itaque quod de legione Melitina tradit Eusebius, parum mihi probabile videtur. Adde quod Rufinus hoc legiōnis nomen

C) consulto, ut arbitror, prætermisit; quippe qui nosset, Melitinam nomen esse oppidi minoris Armeniae, in quo legio 12 fulminea adhuc sua ætate prætenderet. Recte etiam idem Rufinus κεραυνοβόλον fulmineam vertit; non fulminatricem, ut Onuphrius et Scaliger aliique appellant. Quos refellit *Notitia imperii* in loco quem superius adduxi. Ceterum ut ingenue dicam quod sentio, parum mihi probabile videtur, totam legiōnem militum Romanorum eo tempore Christianam fuisse, quod tamen affirmare videtur Eusebius. Qui et in eo peccat, quod Apollinaris locum non protulit, nec librum ipsum, in quo hæc Apollinaris scripserat, indicavit. Sed et verba quibus totam hanc narrationem concludit, satis indicant ipsum de veritate rei dubitasse. Sic enim ait: Άλλα ταῦτα μὲν ὅπερι τις Εὐσέβειος τελέθη. Id est: *Scilicet de his quisque pro arbitrio suo iudicet.*

VALESIUS. — Verba Eusebii ad hanc historiam pertinere, cum Valesio statuit Pearsonius in *Vindiciis Ignat.* p. II, c. 13, p. 461, ubi hoc scribit: « Tum vero narrationem quamdam statim interserit de legione fulminea, quam velut incertam relinquit. » Qui hac de narratione plura velit, adeat auctores a Mosheimio in *Hist. eccl.*, sæc. II, p. I, c. 1, § 9, indicatos, quibus addat præter ecclesiastice hist. scriptores, Joan. Richardsonum in *Prælect. eccl.* vol. II, et Lardnerum *Testim. Judaic. et ethnic.* vol. II, cap. 13, sed contrarias partes defendantes. Dixerim ego, salvo prudentiorum judicio. Christianos aliquot milites in exercitu Marci, cum liberationem ex magnis angustiis a Deo petivissent, ex eis postea salvos mirabiliter factos fuisse una cum commilitonibus, dum hostes barbari contra perierint; utrum vero id precibus ipsorum concessum fuerit, solum novisse Deum; porro, etiamsi res ita haberet, quod vero similis esse minime negaverim, inde non statim sequi, ut d'vinum hoc beneficium inter miracula proprie dicta censeri debeat.

Ex lib. De Paschate (60). — Afferuntur hæc in *Præf.*

Εἰσὶ τούτων οἱ (61) δι' ἄγνοιαν φλονεικοῦτι περὶ τούτων, συγγνωστὸν πρᾶγμα πεπονθέτες· ὅγνια γὰρ οὐ κατηγορίαν ἀναδέχεται, ἀλλὰ διδοχῆς προσθέται· καὶ λέγουσιν ὅτι τῇ ἡδ., τὸ πρόσωπον μετὰ τῶν μαθητῶν ἔφαγεν ὁ Κύριος· τῇ δὲ μεγάλῃ τιμήᾳ τῶν Ἀξύμων αὐτὸς ἐπαθεν· καὶ διηγοῦνται Ματθαῖον οὕτῳ λέγειν ὡς νενοήκασιν· δοθεν ἀσυμφώνως (lege ἀσύμφωνος) τε νόμῳ (62) ἡ νόησιν αὐτῶν· καὶ στασιάζειν δοκεῖ κατ' αὐτοὺς τὰ Εὐαγγέλια.

Ex eodem libro ibid.

Ἡ δ', τὸ ἀληθινὸν (63) τοῦ Κυρίου Πάσχα, ἡ θυσία ἡ μεγάλη, δ' ἀντὶ τοῦ ἀμνοῦ Ηατὸς Θεοῦ, δ' δεθεὶς, δ' δικαστὸς τὸν ισχυρὸν, καὶ δ' χριθεὶς κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν· καὶ δ' παραδοθεὶς εἰς χεῖρας ἀμαρτωλῶν, ἵνα σταυρωθῇ, ὁ ὑψωθεὶς ἐπὶ κεράτων μυνο-

(60) *Ex libro de Paschate.* In *Præfatione*, quæ vocalur, *Chronici Paschalis*, sive *Alexandrini*, duobus istis Apollinarii fragmentis hæc verba præmissa sunt: Καὶ Ἀπολλινάριος δὲ ὁ δισιώτατος ἐπίσκοπος Ἱεραπόλεως τῆς Ἀσίας, δ' ἐγγὺς τῶν ἀποστολικῶν χρόνων γεγονὼς, ἐν τῇ Περὶ τοῦ Πάσχα λόγῳ τὰ παραπλήσια ἐδιδάχει λέγων οὕτως· Εἰσὶ τέοντα, etc. Et Apollinarius sanctissimus Hierapoleos Asiae episcopus, qui apostolicis temporibus proximus fuit, in libro quem *De Paschate* conscripsit, consentanea docuit, hisce verbis: « Quidam igitur sunt, » etc.

Lardnerus interea, post Tillemontium in *Mém. eccl.* tom. II, p. iii, p. 91, tribuere hæc duo fragmenta mavult Pierio Alexandrino tertii saeculi scriptori, qui librum *De Paschate* composuit. Vide eum *De fide hist. evang.* p. ii, tom. II, c. 28, § 41. Fortasse enim nonnullis illud ipsum dispiicuerit, quod de tempore Paschæ hic statuitur; sed nihil inesse fragmentis mihi quidem videtur, quod abjudicare ea ab Apollinario nos cogat. Neque auctori *Præfationis* magis deneganda est fides, quam aliis scriptoribus, ex quorum testimonio multi recepti sunt libri veterum, neque ab Eusebio, neque alio quodam præterea memorati; præcipue cum infra ait Eusebius ipse, pervenisse ad se opera nonnulla ex multis Apollinarii libris. Itidem in notis ad Melitonis fragmenta ad pag. 137, verba similia Eusebii de Serapionis episcopi operibus descripsi. Imo fortasse unum ex Apollinarii libris Eusebio nunquam visis a Photio egregio critico, lectum fuit, hoc est, Περὶ Εὐτερίας illud in cod. 14 recensitum; sed hac de re paulo infra. Audi præterea quæ Maximus *Prologo* suo in *Opera S. Dionysio Areop. ascripta*, apprime hoc facientia scripsit: Πάριπολα παρῆκεν Εὐτερίος οὐκ ἐλθύτα παρὰ χεῖρας οἰκεῖας· καὶ γὰρ οὗτος φησὶν ἀπαντά καθίπακες συναγηγέναι. μᾶλλον γε μὴν διολογεῖ καὶ ἀριθμοῦ κρείττονα βιβλία καθεστάναι μηδὲμῶς εἰς αὐτὸν ἐληλυθότα. Καὶ πολλῶν ἐδυνάμην μηχανεῦσαι μὴ κτηθεντων αὐτῷ, καὶ ταῦτα τῆς αὐτοῦ χώρας. ὡς Τμεναῖον καὶ Ναρκίσσου τῶν ιερευσαμένων ἐν Ἱεροσολύμοις. Ἐγώ γοῦν ἐνέτυχόν τις τῶν Τμεναῖον. Καὶ μὴν οὗτος Ιωνταῖον τοὺς πάνους ἀνέγραψεν, οὗτε τοῦ Ρωμαίου Κλήμεντος πλὴν δύο καὶ μόνων ἐπιστολῶν (et prudenter hoc quidem· ἀλλ' οὔτε πλειστῶν ἐπέρων. Ο γάρ Θρηγένης, οὐκ οἶδα εἰ πάντων μόλις δὲ τεττάρων ἐμνήσθη, p. 36 ed. Corderii, p. 4 ed. Morelli. Hæc Maximus de Eusebio. Et forsitan recte ait, ex hujus quidem silentio a nullo libro fidem pinitus abrogandam esse, nisi eidem propter aliam rationem causa cadere necesse fuerit. Denique notandum est, conscripsisse Apollinarii hujus æquales cum aliis, tum Melitonem Irenæumque, et Clementem Alex. *De Paschate* libros, dum vigebat nimicum illis temporibus controversia paschalis. Imo

Chronici Paschalis sive Alex. ad p. 6. ed. Ducangii. A Quidem igitur sunt, qui ex ignorantia de hisce excitant contentiones, rem venia dignam passi, neque enim accusationem admittit ignorantia, sed eget doctrina; aiuntque 14^a agnum cum discipulis manducasse Dominum, magna vero Azymorum die passum esse, atque ita dicere Matthæum, ut illum intelligunt; unde legi contraria est eorum interpretatio, iisque adversari videntur Evangelia.

Ex eodem libro ibid.

Decima quarta veri Paschatis Domini sacrificium magnum, pro agno Dei Filius, qui vincitus fortem vinxit, et qui judicatus est, judex est vivorum et mortuorum, et qui traditus est in manus peccatorum ut crucifigeretur, qui super cornua unicornis

B hic ipse *Præfationis Chronici Alex.* auctor ex Clementis opere *De paschate* aliqua excitat, quem quidem tractatum memorat exscribitque etiam Eusebius lib. iv *Hist.*, c. 13. Cum hæc omnia adnotassem, post vidi cl. Gallarium in *Prolegom.* tom. I *Bibliothecæ PP.*, p. cxxi, nonnulla ex argumentis meis pro confirmatione τῆς γνωστῆτες horum fragmentorum præoccupavisse, hoc præterea adducto, nunquam illa vidiisse Eusebium, quem Apollinarium contra Severianos Encratitas scripsisse, tradit Theodoreus *Hæret.* fab. lib. i. c. 24.

(61) Εἰσὶ τούτων οἱ, etc. Celeberrima est atque difficillima quæstio, utrum Christus et Judæi uno eodemque tempore pascha comedent; cui quidem me pusillum hominem interponere noluerim. Missa igitur hac re tantum monebo, sensisse videri hunc Apollinarem cum Clemente Alex. aliisque multis Patribus, Dominum cœnam suam ultimam, quam hi Patres aliter atque Ecclesia, notante id Photio codd. 115 et 116, autumabant diversam a paschate legali fuisse, vespera diei civilis 13 mensis Nisan celebrasse; et meridie diei 14, loco agni paschalis a Judæis tum temporis jugulati, mactatum ipsum Dominum fuisse, secundum Apostoli illud ad Corinthios priore ejus Epist. cap. v, comm. 7: Καὶ γὰρ τὸ πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτέθη Χριστός. Itaque ex Joannis Evangelio iidem isti Matthæum, cœlestrosque evangelistas, interpretando esse censuerunt similiter atque scriptores alii, qui recentioribus temporibus statuerunt, Dominum nostrum et Judæos non eodem die pascha egisse, de natura tamen festi ultimi Dominicæ a veteribus illis discrepantes. Itidem Hippolytus in eodem *Chronici Alex. Præfatione* laudatus, non nemini respondens in libro suo *Contra omnes hæreses* hæc scribit: Πεπλάνηται δὲ μὴ γνώσκων, διὰ τῷ κατὰ νόμον πάσχα. Οὗτος γὰρ ἦν τὸ πάσχα τὸ προκεκρυμένον, καὶ τελεούμενον, τῇ ὥρισμένῃ ἡμέρᾳ. Similiter Clemens Alex. et ibidem: Ηέπονθς δὲ τῇ ἐπιούσῃ (scil. die cœnam ultimam sequente, sive mensis Nisan 14) ὁ Σωτὴρ ἡμῶν αὐτὸν ὅν τὸ πάσχα, καλλιεργεῖς (for. legend. καθιερεύετες) ὑπὸ Ιουδαιῶν.

(62) Ἀσυμφώνως τε νόμῳ. Legendum videtur ἀσύμφωνος, prout in interpretatione Latina. Cœterum ideo dicit Apollinaris, legi contrariam esse alteram opinionem, quod cum ex instituto legis agnus paschalis 14 die lunæ mactandus esset, convenienter legi censendum fore, τὸ ἀληθινὸν πάσχα Jesu Christum eodem illo die passum esse.

(63) Τὸ ἀληθινόν. Ita editi, pro τῷ ἀληθινῷ, ex codice ms. biblioth. Bodl. numero 3401, signato, in quo præter alias *Præfationis* quæ vocatur, partes hæc Apollinarii *De Paschate* fragmenta existant.

est exaltatus, et qui in sacro latere percussus est, qui ex latere suo duo fudit purgatoria, aquam et sanguinem, verbum et spiritum; et qui Paschatis die sepultus est, lapide monumento imposito.

Hæc de operibus S. Apollinarii Eusebius, Serapion Antiochenus, Socrates Hieronymusque.

Ex Eusebio lib. iv, Hist., cap. 27.

Apollinaris vero licet penes multos multa existent opera, hæc tamen sola ad nos pervenerunt: *Oratio ad supradictum imperatorem, Adversus Gentiles libri quinque, De veritate duo, duo item adversus Judæos, et alii quos postmodum scripsit contra Cataphrygum hæresim, quæ quidem non longe postea maximos tumultus excitavit, tune temporis vero primum enasci cœperat, Montano cum falsis vaticibus suis adhuc erroris sui fundamenta jaciente.*

(64) Οὐψωθεῖς ἐπὶ κεφάτων μονοκέρωτος. Confer Psal. xxii, comm. 21, et Psal. xci, comm. 10. Ostendit Pearsonius in *Expos. Symboli*, artic. *Crucifixus*, partem crucis illam a pictoribus fere neglectam, quæ in medio palo recto fixa ex eo prominebat, cuique innitebatur sacrum corpus Christi, a Justino martyre in *Dialogo* describi, rhinocerotisque cum cornu ab eo comparari, similiterque etiam Tertullianum lib. iii *adv. Marcion.* c. 18, et *adv. Judæos* c. 10, Justinum imitatum typicum hunc unicornem spectare.

(65) Λόγον καὶ πνεῦμα. Tertullianus *De baptismo* cap. 16, et *De pudicitia* cap. ult. aquam et sanguinem ex latere Christi eniSSum de duobus baptismis exponit, illo per aquam facto, hoc per sanguinem, sacro videlicet lavacro et martyrio. Eodem modo locum interpretati sunt auctor *Tractatus de baptismo hæreticorum* ad calcem Cypriani p. 29, ed. Felli, Hieronymusque in *Epist. ad Oceanum* p. 327, ed. Frobenii. Usitator autem est expositio, quæ ad duo sacramenta Ecclesiæ baptismum aquæ, et poculum sanctificationis, quæ communicatio sanguinis est Christi, sacram illam effusionem refert. III, ed. Savilii, et Augustinum in *idem* p. 354, tom. IX, ed. Froben. quem plus semel in lib. quoque *De civitate Dei* idem sost. in *Joannis Evang.* p. 914, tom. IX, ed. Savilii, docuisse memini. Per aquam autem et sanguinem Apollinaris vult significari, ni fallor, verbi divini predicationem et Spiritus sanctificationem, dum illud, τὸ λόγον τὸ πνεῦμα, ad figuratam sub novo fœdere veterum rituum renovationem spectare videtur. Est tamen fortasse dubium, utra res aqua an sanguis, referri debeat ad *verbum* atque *spiritum*; nam Augustinus lib. in *Contra Maximum*, p. 522, tom. VI, nomine *aqua* in Evangelii loco commemoratae putat Spiritum sanctum significari, quia is est aqua, quam datus erat Jesus sitientibus, nomine autem *sanguinis* Filium, quia Verbum caro factum est. Et diu ante Augustinum Irenæus Spiritum sanctum vocabat. « aquam quæ de cœlo est. » Lib. iii, c. 17, § 2, ed. Massueti. Porro per vulgatum id est, Facundum Hermianensem in *Defens. trium capit.* lib. i, cap 3, qui saeculo scriptis sexto, spiritum de Patre, sanguinem de Filio seu Verbo, aquam vero de Spiritu S. ad comm. 8, cap. v *Epist. primæ S. Joan.* interpretationi suis. Sed hac re missa, constat *aquam* et *sanguinem* in Evangelio commemoratos de verbo et spiritu, sed qualitatibus non personis, ab Apollinario etiam saeculo secundo Ecclesiæ dictos fuisse.

A κέρωτος (64), καὶ δὲ τὴν ἀγλαν πλευρὰν ἐκκεντηθεῖς, ὁ ἐκχρέας ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ τὰ δύο πάλιν καθάρσια, οὗτορ καὶ αἷμα, λόγον καὶ πνεῦμα (65) καὶ ὁ ταφεῖς ἐν ἡμέρᾳ τῇ τοῦ Ηάσχου, ἐπιτεθάντος τῷ μηδατι τοῦ λίθου.

Serapion Antiochenus, Socrates Hieronymusque.

Ex Eusebio lib. iv, Hist., cap. 27.

Τοῦ δὲ Ἀπολλιναρίου πολλῶν παρὰ πολλοῖς σωζομένων, τὰ εἰς ἥμας ἐλθόντα ἔστι τάδε: Λόγος ὁ πρὸς τὸν προειρημένον βασιλέα (M. Aurelium Antoninum) καὶ πρὸς Ἑλληνας συγγράμματα πάντες B καὶ Περὶ ἀληθείας ορῶτον καὶ δεύτερον (66) καὶ πρὸς Ἰουδαίους πρῶτον καὶ δεύτερον (67)· καὶ ἂ μετὰ ταῦτα συνέγραψε κατὰ τῆς Φρυγῶν αἵρεσεως μετ' οὐ πολὺν καινοτομηθείστης (68) χρόνου, τότε γε μὴν ὥσπερ ἐκφειν ἀρχομένης, ἔτι τοῦ Μοντανοῦ ἄμα ταῖς αὐτοῦ ψευδοπροψήσιν ἀρχῆς τῆς παρεκτροπῆς ποιουμένου.

(66) Καὶ περὶ ἀληθείας πρῶτον καὶ δεύτερον. Photius in *Bibliotheca* cod. 14: Ἀπολλιναρίου ἐπισκόπου τῆς ἐν Ἀσίᾳ Ιεραπόλεως, Πρὸς Ἑλληνας, καὶ Περὶ εὐσεβείας καὶ ἀληθείας. Ἀνεγγώσθη Ἀπολλινάριος Πρὸς Ἑλληνας, καὶ Περὶ εὐσεβείας, καὶ Περὶ ἀληθείας. Εστι δὲ Ιεραπόλετης ὁ συγγράφεις τῆς ἐν Ἀσίᾳ Ιεραπόλεως γεγονός ἐπίσκοπος. Ἕνθησε δὲ ἐπὶ Μάρκου Αὐτωνίου (sic) Βήρου βασιλέως Ρωμαίων. Ἄξιόλογος δὲ ὁ ἀνὴρ καὶ φράσει ἀξιολόγῳ καχρημένος· λέγεται δὲ αὐτοῦ καὶ ἔτερα συγγράμματα αξιομνημόνευτα εἶναι, οὓς οὖποι ἥμεταις ἐνετύχομεν. C Hæc Photius. Fabricius autem in *Delectu argument.*, *De relig. Christiana* p. 160, incertum esse putat, an idem hoc opus fuerit atque illud *De veritate* ab Eusebio commemoratum, idque sub titulo Περὶ εὐσεβείας καὶ ἀληθείας legerit Photius, an diversum fuerit oī us *De veritate*, Περὶ εὐσεβείας, atque idem fortasse atque illud Υπὲρ πίστεως, ita vocante Nicephoro librum imp. Antonino oblatum. Verba Nicephori sunt: Ο πρὸς Αὐτωνίον λόγος ὅπερ τῆς πίστεως Quidquid de libello quidem ad Antoninum censebitur, persuadebit fortasse, ut diversum opus existimetur liber *De pietate* ab illo *De veritate*, ipsa censura Photiana, in qua τὸ περὶ repetitur. Diversos libros esse existimarunt Halloxius *Vit. PP. Oriental.* tom. II, p. 799, et Gallandius loco supra memorato ad pag. 157.

(67) Καὶ πρὸς Ἰουδαίους πρῶτον καὶ δεύτερον. Absunt hæc a nostris codicibus Maz., Med. et Fu- ket. Sed neque Rusinus ea in exemplaribus suis legerat, ut ex versione ejus appareret; sed nec Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*. ubi omnes Apollinaris libros recenset, hujus libri contra Judeos mentionem facit. Nicephorus tamen ejus operis meminit. VALESIUS. — Hæc verba a librario quadam moleste sedulo addita putarem alique exsulare juberem, nisi fieri quoque potuisset, ut errore circa homœoteuta omitteretur. STROTH. — Codicis regii lectionem firmat ms. quidem *Norfolc.* non autem cod. Savil. sive Bodl. contra quam Strothius propter Valesii silentium rem se habere putarat. Cæterum utroque loco πρῶτος καὶ δεύτερος codex habet *Norfolc.*

(68) Μετ' οἰ πολὺν καινοτομηθείστης. Christophorus vertit: *Quæ non multo post tempore de integrō renovata.* Quam interpretationem probare non possum. Langus vero et Musculus fere cumdem sedsum ambo secuti sunt. Sic enim Dangus: *Et quæ præterea aduersum Phrygum hæresim composuit quæ non multo post res novas in Ecclesiam induxit.*

Serapion Antiochenus, ap. Euseb. Hist. v. 19.

"Οκτως δὲ καὶ τοῦτο εἶδοτε ὅτι τῆς Φευδοῦς ταύτης τάξεως τῆς ἐπικαλουμένης νέας προφῆτείας, ἔδειλονται ἡ ἐνέργεια παρὰ πάσῃ τῇ ἐν κόσμῳ ἀσκόπτητι, πέπομψα δικιν καὶ Κλαυδίου Ἀπολλιναρίου τοῦ μακαριωτάτου γενομένου ἐν Ἱεραπόλει τῆς Ἀσίας ἐπισκόπου γράμματα (66).

Socrates (70) *Hist. eccles. lib. vi, c. 7, catholicum de anima humana a Christo assumpta dogma referens, quod apud concil. Alexandrinum sub Athanasio anno 362 confirmatum est.*

Οὕτω γάρ πάντες οἱ παλαιότεροι περὶ τούτων λόγων γυμνάσαντες, ἔγγραφον δικιν κατέλιπον· καὶ γάρ Εἰρηναῖος τε καὶ Κλήμης, Ἀπολλινάριος τε ὁ Ἱεραπόλιτης καὶ Σαραπίων ὁ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ προεστώς Ἐκκλησίας, ἐμψυχον τὸν ἐνανθρωπίσαντα ἐν τοῖς πονηθεῖσιν αὐτοῖς λόγοις ὡς ὄμολογούμενον αὐτοῖς φάσκουσιν.

Hieronymus, Epist. ad Magnum, ep. 83, spectans, ut censuit alicubi Fabricius, ad Apollinarii contra Montanistas et Encratitas scripta.

Quid loquar de Melitone Sardensi episcopo, quid de Apollinario Hieropolitanæ Ecclesiæ sacerdote, Dionysioque Corinthiorum episcopo, et Tatiano et Bardesane, et Irenæo Photini martyris successore, qui hæresium singularium venena, ex quibus philosophorum fontibus emanarint, multis voluminibus explicarunt (71)?

Musculus vero in hunc modum: *Quæ non multo post tempore insolestrere cœpit. Possit etiam ita vertere: Quæ non multo postea apertius publicata est.* VALES.—Dum Baronio ad an. 173, duplum ortum Montanistarum hinc excogitanti se opponit Tillemontius *Mém. eccles. tom. II, not. 1, ad Montanistas*, monet vir doctissimus, narrare Eusebium, scripsisse contra Montanum Apollinarem primo ortu ejus, quem paulo post tempus de quo tunc agebat Eusebius, contigisse putat. Verterem igitur: *Quæ non longe postea excogitata est. tunc quidem quasi nasci incipiens.*

(69) Γράμματα Valesius quidem post Rusnum, Hieronymumque *De viris ill. cap. 41*, ubi ex Eusebio hoc afferuntur, vertit litteras; sed reddere semel ait ad Hieron Fabricius *scripta*, quam litteras Basnagio quoque *Annal. politico-eccles. tom. II, p. 251*, non discrepare hæc γράμματα videntur a libris *contra Cataphrygas*, seu Montanistas, quorum meminit Eusebius. « Secus » ait ille « de his quoque epistolis comminorasset in catalogo operum Apollinarii. » Porro ita Gallandius Prolegom. vol. I *Biblioth. PP.*, p. cxxi: « Scripta sive libros vocem γράμματα Latine reddere malumus cum Baluzio, Nov. *Concil. Collect.* p. 6, et Fabricio, quam litteras cum Lango ad *Nicoph.* iv, 27 et Valesio. » *Litteras* prius vertabant Musculus et Christopheronus Eusebii interpres. De ipso autem Apollinario et aliis hæc præterea habet Eusebius lib. v *Hist. c. 16*: Πρὸς μὲν τὴν λεγομένην Κατὰ Φρύγας αἵρεσιν 8πλον ισχυρὸν καὶ ἀκαταγνωστὸν ἐν τῇ Ἱεραπόλεως τὸν Ἀπολλινάριον, οὗ καὶ πρόσθεν μνήμην ὁ λόγος ἐπεποίητο αἷλους τε σὺν αὐτῷ πλεῖστος τῶν τρινακτεῖς λογίων ἀνδρῶν, ἡ τῆς αληθείας ὑπέρμαχος ἀνίστη δύναμις. Εἴ δικιν καὶ δικιν ιστορίας πλεῖστη τις ὑπόθεσις καταλέλειπται. Dein vero ἔχοντες aliquas bene idngas excerptis Eusebius ex opere quodam contra Cataphrygas scripto, quod Apollinario quidem aliqui attribuere solent, sed male id factum esse Valesius ibidem monet. Halloixius quoque in *Vita S. Apollinarii* hoc opus ab ipso abjudicandum censuerat, etsi fragmenta ejus apposuit ibidem, quæ equidem postea ad initium saeculi tertii lectori sistam.

A Atque ut sciatis, inquit, qualiter universa quæ in terris est fraternitas operationem illam simulatæ factionis, quæ nova prophetia nominatur, aversata atque abominata est beatissimi patris Claudi Apollinaris qui Hieropolitanæ urbis in Asia episcopus fuit, litteras ad vos misi.

Ita enim omnes antiqui qui hac de re disputarunt, suam nobis sententiam scriptis proditam reliquerunt. Irenæus certe et Clemens, et Apollinaris Hieropolitanus, et Serapion Antiochenæ urbis episcopæ, Christum, qui homo factus est, anima prædictum fuisse, velut rem communi omnium consensu B receptam suis in libris asserunt.

Hieronymus, Epist. ad Magnum, ep. 83, spectans, ut censuit alicubi Fabricius, ad Apollinarii contra Montanistas et Encratitas scripta.

In eadem porro sententia est Gallandius ubi supra. Sed ad hoc opus nullus dubito, quin verba pertineant auctoris *Lybelli synodici*, a Pappo et Justello primum editi: Σύνοδος Θεᾶς καὶ Ἱεράς τοπική, inquit, ἐν Ἱεραπόλει τῇ Ἀσίᾳ συναθροίσθεισα ὑπὸ Ἀπολλιναρίου τοῦ ταῦτης ὀσιωτάτου ἐπισκόπου, καὶ ἔτερων εἰκοσιεξ ἐπισκόπων, ἀποκερύζαται τε καὶ ἐκάθισται Μοντανὸν καὶ Μαξιμίλιανον τὸν τε Φευδοπροφήτας, οἱ καὶ βλασφήμως, ἡτοι δαιμονιῶντες, γεθών φησιν ὁ αὐτος πατέρ, τὸν διὸν κατεστρεψαν. σὺν αὐτοῖς δὲ κατέκρινε καὶ Θεόδοτον τὸν σκυτεῖα. Apud Concil. Lubb. et Cossart. tom. I, p. 599. Scilicet in opere *Contra Cataphrygas* ea saltem de morte Montani et Maximillæ referente Eusebio exstabant: neque alii fortasse origini debetur quod de Theodoto corriario, qui Christum Deum esse negabat, hic novum et inauditum sequitur quippe cum ibi statim post commemoretur Montanista quidam nomine Theodotus.

(70) Ait Socrates. Similia Nicephoruss habet lib. x, cap. 14 *Hist. eccles.*

(71) Explicarunt. Hieronymus quidem in lib. *De viris ill. cap. 48*, ubi de Papia, ait, hunc mille annorum Judaicam edidisse δευτέρωτιν, addit, eum secutos esse « Irenæum et Apollinarem, et ceteros, qui post resurrectionem aiunt in carne Dominum cum sanctis regnaturum. » Verum designari hoc loco Apollinarem, Papam in sede Hieropolitanæ successorem, prohibet me credere alias Hieronymi locus in notis Fabricianis ibidem videndus; ubi auctor, postquam Latinos scriptores regni mille annorum defensores, memoravit, « Et ut Græcos non minem, addit, ut primum extremumque conjungam, Irenæus et Apollinaris, » etc., lib. xi *Comm. in Ezech.*, cap. 36. His autem verbis Apollinarem Laudicenum significari, saeculi quarti scriptorem, haud dubitabam, vel priusquam eundem Hieronymum scribentem vidi in *Præmio in lib. xviii Comm. Isaiae* respondisse Dionysio Alexandrino mille annorum, quam vocal Hieronymus, fabulam irridenti Apollinarem. Est igitur verisimile, ut hic saeculi secundi quem attuli, pater, Apollinaris Hieropolitanus, Chiliastis eximendus esse videatur.